



Alienatio Canonica Rerum Ecclesiae Temporalium

**Wiestner, Jacob
Prielmeyer, Bernhard F.**

Ingolstadii, 1692

Illustrißimi Domini, Domini Hannibal Alphonsi Emmanuelis S.R.I. Comitis
à Portia & Brugnara &c. Ode Gratulatoria. Vrna Minois sive Sacrosancti
Juris Æquitas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61444](#)

art-
qui-
ctali-
lem
r ad
mo-
one
non
len-

Nos
ana
jus
ore
ris,
en-
trà
oni
us,
on-
en-
ing
lud
bus
ex.

ris
o;
m-
ut

*Illustriſimi Domini , Domini
HANNIBALIS ALPHONSI
EMMANUELIS*

S. R. I. Comitis à Portia & Brugnara &c.

Ode Gratulatoria.

Vrna Minois

sive

Sacrosancti Juris Æquitas

*In Prænibili & Generofo Domino Defendente
expresa.*

Dilis dicatum, non violabile
Vas Æquitatis, Cœlicolū manu
Efficta concha : illimis unde
Justitiae solet ire Candor.

Tu, quæ capaci condis in angulo
Depræliantūm iur'gia litium ,
Et ultimos *Causæ* fragores

Funereo recipis profunda
Depel'e noctem Sollicitudinum ,
Metûsque nigrum pellito tædium :
Contrâ explicatam prode frontem ;

Téque capi facilem propina.

Sic Te susurris impletat Enotheis
Complexæ amicum candida brachijs
Astræa rhombum : détque Sacrae
Depositum tumulare Lancis ,
Herois alma conspicui fide
Benè eruditæ Te capient manus :
Quas pura dudum , fraude pulsa ,
Alluit Integritatis unda .

Cc

Ef



Est, crede, eburna candidior nive;
Nec gestit alter limpidiūs tuos
Referre mores: quando justâ
Cuique suum tribuit bilance.
Si quando *juris* Martius evocat
In arma clangor; latus ahenco
Horrere scuto, militare
Ante alios properat Lyceo
Præstare pectus: nulla quod hostium
Sarissa rumpat, jactâve spicula:
Atuetus iustum pertinaci
Frangere fulmineum duello.
Prædam superbo sic pede proterit
Commissus Afro Dux Lybiæ Leo;
Irâque bellum mox paternâ
Conficit, excoriatque dente.
At si Sodali *Nobitium* choro
Immistus, alto vertice promicat:
O quam sereno oris decore
Balsama deproperata fundit!
Tunc qualis aurô purpureus lapis
Juvat tuentem vinclitus in annulo:
Sie sub gravi morum lepore
Ille juvat medius Coronam.
Dat ergo *Rostro* bella Catonica:
Humanitatis delicium fôro;
Atque indolis partitur æquo
Munera participanda rivo.
Ergo *Urna* felix præcipitans veni;
Reciprocis & jungere amoribus:
Fac Laurus æternos Honores
Juridico patiat *Triumpho.*